

## Annales Ecclesiastici Baronii

JESU CHRISTI      LEONIS VII. PAP.    CONST. VIII. CUM ROM. IMP.  
ANNUS                    ANNUS                    ANNUS  
936.                    1.                    250.

I.  
Henrici  
Reg. Ger-  
man. ob-  
itus, &  
Ottonis  
succes-  
sor.

**A**nus Redemptoris nongentesimus trigesimussextus, Indictione nona, quo moritur Christiana religionis decus Henricus Rex Germaniae, relicto Regno filio suo Ottoni, patri pietate, atque fortitudine militari non impari. Quod ad tempus spectat, id hoc anno contigisse, testis est hujus temporis scriptor Frodoardus. Sed & Ditmarus etiam hujus faculi scriptor testatur, eum hoc anno obiisse, sexto Nonas Julii, anno suæ etatis sexagesimo, Regni decimosexto. De ejus vero obitu ita Witichindus Saxon. (a) : *Perdomitis itaque cunctis cir-  
cumquaque Gentibus, postremo Romanum  
proficisci statuit, sed infirmitate corre-  
ptus, iter intermisit. Cumque se jam  
gravari morbo sensisset, convocato omni  
populo, designavit filium suum Ottonem  
Regem, &c.*

PAGIUS  
SÆC. X.  
Anno E-  
rae Hip.  
CM-  
LXXIV.  
Anno He-  
gira ccc-  
XXV. in-  
choato  
die 19.  
Novemb.  
fer. 7.  
A.C. 936.  
I.  
Moritur  
Henricus  
Germania.  
Rex.

ANNO PERIODI GRÆCO - ROMANÆ 6429.

○ 21. CB. ○ 6. P. 17. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 936.

LEONIS VII. PAPÆ 1.

CONSTANTINI VIII. IMP. 25. cum  
Romano Imp.

**A**d num. I. & II. Heinrichus Rex (sc. Germanie) præcipuis pacis sectator, strenuus que Pagorum insector, post plures fortiter & viriliter attas vitorias, dilatatis undique sui regni terminis, VI. Nonas Julii diem clausit extremum, cui filius suus Otto confusu Primorum regni successor eligitur, [1] inquit Constatuator Reginoris ad hunc Christi annum. Eundem annum signant Marianus Scotus, & Hermannus Contractus, præter Sigebertum, qui hanc mortem in annum sequentem per-

Porro ut qui de religione Christiana bene meritus est Henicus commendatur ab omnibus; qui & (b) assertur, duas novas sedes erexit, alteram in Vallenfleve in terra Luneburgensi, cui & primum Episcopum Marcum praeficiendum curavit, virum sanctitate vita conspicuum, miraculis clarum; alterum vero Episcopatum in oppido Misna ad Albim flumen constituit; aliaque monasteria ædificavit; & ubi multiplicitate pietatis post se egregia monumenta reliquit, a Deo ad requiem vocatus est, relicta conjugi valde pia Mathilda nomine, de qua ista (c) Luitprandus, dum (c) Luit. agit de ejusdem Henrici sepulcro: Henrici corpus in Saxoniam deportatum in nobilissimarum ac religiosissimarum monasteriorum puerarum, quod in ipsius Regis prædio, vocabulo Quintelingaburc situm

II.

(b) Crante.  
in Metro.  
l. 3. c. 11.

4. c. 7.

(c) Luit. 1.

peram differt; sed cum Flodoardus in Chronico, qui hoc tempore vixit, Henricum hoc anno denatum esse afferat, & Ditmarus lib. eundem annum ac diem sextum nonas Julii etiam habeat; annus emortalis Henrici sicuti, & dies in dubium non videntur revocandi. Litem Diplomata ejus dirimeret, sed nunc ad manum non sunt, & ex iis pacifima supersunt. [2] Author Anonymus qui iussu S. Henrici Imp. Vitam beatae Mathildis Henrici Germaniae Regis uxoris elucubravit, n. VII. de utriusque virtutibus ac liberis ait: *Dous omnipotens sibi servientes nunquam derelinquens, clementer insperxit bona opera Regis Henrici & beatissima Mathildis, atque illicis multiplicavit excellentiam nobilissima proliis &c. Otto præclarus ante Regalem dignitatem procreatus, natu fuerat maximus, forma insignis, & moribus illuvris. Henricus autem in regali solio natus junior fuit annis, sed haud inferior excellentiæ probitatis. Huic nimis tanta inerat pulchritudo, ut tunc temporis vix posset aliqui comparari viro. In fiducia armis patri fuerat consimilis, in omni*

au-

NOTÆ [1] **A** pud Martenium in collectione amplissima Anecdota. tom. I, pag. 285. 291. duo habentur Otto Germania regis diplomata, alterum pro monasterio Elvonesi, alterum pro Indens; In primo circa finem legitur: *Bruno Cancellarius ad vicem Friderici Archiepiscopi recognovit. Data XVI. Kal. Januarii, anno Incarnationis Domini DCCCCXLV. Indictione II, anno Domini Ottonis X. Actum Tancburg. In secundo: Bruno Cancellarius ad vicem Rodberti archicancellarii recognovit. Data VI. Non. Maii anno Dom. Iscar. DCCCCXLVIII. Indictione VII. regnante pio Othono rege anno XIII. Actum Aquigrani. Henricus Germaniae rex obiit an. 936. VI. Nonas Julii, & post ejus obitum Otto acclamatus est in regem; quare a mense Julio epocura regni Ottonis incipit. Itaque anno 945. die XVII. Decembris, annus regni decimus in decimus quartus inchoaret. GEORGIUS*

[2] **N**ulla deinceps apud Eruditos admitti dubitatio potest de obitu Henrici hoc potius conjugis tradat famam illum feminam post mariti obitum sabbati diem semper speciali religione coluisse, cuius ritus causas nonnullas assignat, quarum una erat, quia venerandi Regis Henrici anima in eadem die de corpore soluta est. Cum igitur anno tantummodo 936. dies VI. sabbatum inciderit; hinc sit ut annus idem emortalis ejusdem Regis habendus sit. MANSI